Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XIV. Kayserliches schrifftliches Project: Schweden finden Luneburgicis wegen der Schaumburgischen Stücke zu wider: Luneburgici extradiren ein abermahliges Project.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1647. Majus. Hildeſienſi Anno Domini 1643. pepigerunt: Sed ut omnis diſſidiorum vitetur occaſio, tollantur prætenſiones, quas dictus Dominus Epiſcopus ſibi & Capitulo de quibusdam reſervavit. *Quintò*, cum etiam Comites à Schaumburg à Comitibus Wunſtorffienſibus, qui Vaſalli Ducum Brunsvicenſium & Lunæburgenſium fuerunt, non nulla bona eorundem conſenſu jure pignoris acceperint, & Præfecturæ Schaumburgenſi, unde toti Comitatui nomen, incorporarint, poſtea vero Anno Domini 1573. die 10. Aprilis Ericus Dux Br. & Lunæburgenſis, ac Otto Comes à Schaumburg inter ſe pepigerint, ut ea bona apud Comites Schaumburgicos perpetuo permaneant, iis autem decedentibus ad Duces Brunov. & Lunæburgenſes revertantur: isque caſus non ita pridem Ottone ultimo Comitum Schaumburgicorum fatis functo evenerit, illa bona omnia & ſingula, prout in prætacta Transactione nominata ac deſcripta leguntur, dictis Ducibus ſine contradictione reſtituantur. *Sextò*, quod attinet debitum a Friderico Ulrico Duce Brunovicenſi cum Majeſtate Daniæ contractum, & per hunc in pacificatione Lubecenſi Suæ Cæſareæ Majeſtati ceſſum, poſteaque Cæſareæ Militiæ Præfecto Comiti Tyllio donatum: Cum moderni Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes ſe ad hoc debitum ſolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Regiæ Majeſtatis Sueciæ inſtanter actum ſit, amore Pacis remiſſio & expunctio totius iſtius debiti dictis Ducibus eorumque hæredibus vigore harum conceſſa eſt. 1647. Majus.

Denique cum Duces Brunov. & Lunæburgenſes Cellenſis Lineæ Capitulo Ratzeburgenſi pro ſorte viginti millium florenorum annuas penſiones usque dum pependerint, alternatione vero jam ceſſante, ceſſent quoque annuæ illæ penſiones, abolito prorſus debito. Si verò Duces Megapolitani utriusque Lineæ deceſſerint, revolvatur Epiſcopatus Ratzeburgenſis ad Duces Brunov. & Lunæburgenſes, Cellenſis & Calenbergenſis Lineæ, idque eodem jure, quo eundem Duces Megapolitani vi hujus transactionis poſſederunt. Ducis etiam Auguſti duobus filiis natu minoribus Antonio Ulrico, & Ferdinando Alberto conferantur duæ primo vacantes Præbendæ in Epiſcopatu Strasburgenſi. Viciſſim iidem Duces Poſtulationibus & Coadjutoriis in ſupra dictos Archi- & Epiſcopatus Magdeburgenſem, Bremenſem, Halberſtadienſem & Ratzeburgenſem pleniſſimè renunciant; ita ut quæ circa hos Archi-Epiſcopatus & Epiſcopatus ſuperius in hoc Pacificationis Inſtrumento diſpoſita ſunt, citra ullam eorum contradictionem effectum habere debeant, Capitulis utrobique Cathedralibus & Collegiatis in eo ſtatu permanſuris, quo ſuperius conventum eſt.

§. XIV.

Kayſerliches ſchrifftliches Project in dieſer Sache.

Da nun die Kayſerlichen und Schwediſchen Geſandten über dieſen Braunſchweigiſchen Æquivalent-Punct ordentlich conferiren wollten; So ſetzeten jene ebener geſtalt ein ferners Project darüber auf, wie die Anlage N. I. zeiget, welche ſie denen Schweden, und dieſe ferner denen Lüneburgiſchen Geſandten am 17. Maji zur weitern Erklärung communicirten; Die Schweden approbirten in allen Stücken derer Lüneburgiſchen Geſandten darauf ertheilte Erinnerungen, auſſer, daß ſie wegen derer Schauenburgiſchen Stücke nicht in deren Sentiments mit eintreten wollten, unter dem Vorwand, Heſſen-Caſſel opponire ſich aufs äuſſerſte darwieder, und beſchwehre ſich, daß deſſen Satisfaction ohnehin bißhero ſo laulicht und ſchläfferig ſey tractirt, auch faſt allen übrigen Puncten nachgeſetzt worden. Die Kayſerliche Geſandten hingegen nahmen hierunter die Parthey des Hauſes Braunſchweig-Lüneburg, und verſprach Vollmar aufs theuerſte, in der nächſten Conferenz, durch

Die Schweden ſind denen Luneburgicis, wegen der Schauenburgiſchen Stücke zuwieder.

Die Kayſerlichen hingegen aſſiſtiren ihnen darunter.

1647. Majus.

durch Argumenta contraria die Schweden diſsfalls zu convinciren.

Abermahliges Lüneburgiſches Project puncto Satisfactionis.

Luneburgici verfaſſeten demnach ein ferneres Gegen-Project ſub N. II. und übergaben es denen Schweden, welche darauf nichts weiter, als was den Punct der Schauenburgiſchen Stücke betrifft, zu ſagen hatten, mit Vermelden, daß ſie darunter dem Hauß Heſſen-Caſſel, als einem Alliirten, der würcklich die Waffen noch in Händen führe, nicht abſtehen könnten, auch wegen darzu habenden ausdrücklichen Befehls, nicht dürfften.

1647. Majus.

N. I.

Der Kayſerlichen Geſandten Project in der Braunſchweig-Lüneburgiſchen Æquipollent-Sache.

N. I. Der Kayſerlichen Project.

Cum Celſiſſimi Principes & Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes Cellenſis & Calenbergenſis Lineæ, ob Pacem publicam melius faciliusque ſtabiliendam, ceſſerint electitiis juribus in Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſem & Bremenſem; itemque Epiſcopatus Halberſtadienſem & Ratzeburgenſem obtentis, ea conditione, ut Alternativa eisdem cum Catholicis in Epiſcopatum Oſnabrugenſem addiceretur Succeſſio, Cæſarea Majeſtas præſenti Sacri Romani Imperii ſtatui minimè expedire judicans, ut hac ſola de cauſa funeſtum Germaniæ bellum diutius continuaretur, paxque publica impediretur, conſentit ac permittit, ut ejusmodi alternativa ſucceſſio in dicto Epiſcopatu Oſnabrugenſi deinceps inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Epiſcopos, ex Familia tamen Ducum Brunovicenſium & Lunæburgenſium quam diu eadem duraverit, poſtulandos locum habere debeat, modis & conditionibus ſequentibus:

Primo omnium: Reſtituatur dictus Epiſcopatus totus & integer cum omnibus ſuis appertinentiis Secularibus & Eccleſiaſticis moderno Domino Franciſco Guilhelmo, ad dies vitæ pleno jure poſſidendus, juxta Capitulationem cum Capitulo Cathedrali initam ac deſuper obſtentam a legitima ſuperiorum poteſtate Confirmationem & Juſtitiam.

Secundo: Status Religionis ac cœtus Eccleſiaſtici, totiusque Cleri, tam in ipſa urbe Oſnabrugenſi, quam in reliquis ad hunc Epiſcopatum pertinentibus Ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis, omnibusque aliis locis maneat & reducatur in eum ſtatum, qui fuit die 1. Januarii Anno 1624. non obſtantibus innovationibus ab una vel altera parte interea temporis factis: Caveatque Dominus Epiſcopus per litteras Reverſales Statibus & Subditis ſuis, homagio ab ipſis recepto, Jura & Privilegia ſalva fore, & quæ præterea futuræ Epiſcopatus adminiſtrationi Statuumque & ſubditorum ſecuritati utrinque neceſſaria videbuntur.

Tertio: Teneatur idem Dominus Epiſcopus efficere, ut Domino Guſtavo Guſtavi, quondam præſidii Suecici in dicta Civitate Oſnabrug Præfecto, pro ipſius recompenſatione ex contributionibus Statuum Provincialium ac Subditorum dicti Epiſcopatus, intra - - menſes exſolvantur ſexaginta Thalerorum Imperialium Millia, ſub obligatione & hypotheca bonorum omnium ad eundem Epiſcopatum pertinentium.

Quarto: Defuncto eodem Domino Epiſcopo ſuccedat in Epiſcopatu Oſnabrugenſi Dominus Erneſtus Auguſtus, Dux Brunovicenſis & Lunæburgenſis, atque adeò vi hujus Pacis publicæ ſit deſignatus ejusdem Coadjutor & Succeſſor, teneaturque Capitulum Cathedrale Oſnabrugenſe, ſtatim poſt deceſſum moderni Domini Epiſcopi, eundem Erneſtum Auguſtum

1647. Majus. Epiſcopum recipere, vel ſi ipſe tum ſuperſtes non eſſet, alium ex Domini Georgii Ducis Brunovicenſis & Lunæburgenſis poſteris, in Epiſcopum ſuum poſtulare, conditionibus tamen in ejusmodi Electionibus & Poſtulationibus antehac conſuetis & quæ præſenti Pacificationi ac Gravaminum Eccleſiaſticorum compoſitioni contrariæ non ſint, cautioneque ut ſupra, de conſervandis Statuum ac ſubditorum Privilegiis, aliisque ad ſecuritatem eorundem pertinentibus. Eo autem demortuo aut ultro reſignante, teneatur dictum Capitulum vel Electione vel Poſtulatione Præſulem Catholicum ſibi præficere. Sin verò hac ex parte vel Canonicorum negligentia vel diſcordia interceſſerit, locus ſit proviſioni Apoſtolicæ. Et ſic perpetuò admittatur alternativa ſucceſſio inter Catholicos Epiſcopos ex gremio Capituli electos vel aliunde poſtulatos, atque Auguſtanæ Confeſſioni addictos; ſed non alios, quam ex Familiæ primum dicti Domini Auguſti Ducis Brunovico-Lunæburgenſis deſcendentes. 1647. Majus.

Quinto: Teneantur non ſolum dictus Dominus Erneſtus Auguſtus, ſed etiam omnes & ſinguli ex Familia Ducum Brunovicenſium & Lunæburgenſium Auguſtanæ Confeſſioni addictorum, in hoc Epiſcopatu alternatim ſuccedentium, ſtatum religionis cœtus Eccleſiaſtici, totiusque Cleri tam in ipſa urbe Oſnabrugenſi, quam in reliquis ad hunc Epiſcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque locis in eo ſtatu, qui fuit die 1. Januarii Anno 1624. conſervare, tueri & manutenere absque omni innovatione.

Sexto: Ut ne etiam durante adminiſtratione & regimine Epiſcopi Auguſtanæ Confeſſionis addicti, circa correctionem Eccleſiaſticorum, uſum & adminiſtrationem Sacramentorum ritu Romanæ Eccleſiæ & cæterorum ad munera ſpiritualia Epiſcoporum Catholicorum pertinentium, ulla difficultas aut confuſio ſuboriatur, horum omnium diſpoſitio, quoties alternativa Succeſſio in talem Auguſtanæ Confeſſioni addictum devenerit, Domino Archi-Epiſcopo Colonienſi velut Metropolitano reſervata eſto.

Septimo: Monaſterium Walkenriedt, cujus hoc tempore adminiſtrator eſt Chriſtianus Ludovicus, Dux Brunovicenſis & Lunæburgenſis, perpetuo feudi jure permaneat penes eosdem Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes, eodem, quo ſupra, inter duas eorundem Familias ſuccedendi ordine.

Octavo: Eisdem Ducibus reſtituatur Monaſterium Groningenſe, quod permutando, & prædium Schauen, quod emendo ante pauculos annos acquiſiverunt, & Epiſcopatui Halberſtadienſi in remunerationem factæ poſtulationis tribuerunt, reſervatis etiam juribus, quæ dictis Ducibus, in Caſtrum Weſterburg competunt, tum etiam jure crediti ac pignoris Ducis Chriſtiani Ludovici Vicario, Friderico Schenkio a Winterſtedt, in Weſterburg competentia.

Nono: Cum etiam Comites in Schaumburg à Comitibus Wunſtorfienſibus, qui Vaſalli Ducum Brunovicenſium & Lunæburgenſium fuerunt, nonnulla bona eorundem conſenſu jure pignoris acceperint, & Præfecturæ Schaumburgenſi, unde toti Comitatui nomen, incorporârint; poſtea verò Anno Domini 1573. die 10. Aprilis Ericus Dux Brunſvicenſis & Lunæburgenſis, ac Otto Comes à Schaumburg, inter ſe pepigerint, ut ea bona apud Comites Schaumburgenſes perpetuò permaneant, iis autem decedentibus ad Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes revertantur; isque caſus non ita pridem Ottone ultimo Comitum Schaumburgenſium fatis functo evenerit;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1647. Majus. nerit; illa bona omnia & ſingula, prout in Transactione prætacta nominata ac deſcripta leguntur, dictis Ducibus citra contradictionem reſtituantur. 1647. Majus.

Decimo: Quod ad debitum à Friderico Ulrico Duce Brunovicenſi cum Rege Daniæ contractum, & per hunc in Pacificatione Lubeccenſi Sacræ Cæſareæ Majeſtati ceſſum, poſteaque Militiæ Præfecto Comiti Tillio donatum, attinet: Cum moderni Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes ſe ad hoc debitum perſolvendum ob plures rationes teneri neguaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Coronæ Sueciæ inſtanter actum ſit, amore Pacis remiſſio & expunctio totius iſtius debiti, dictis Ducibus eorumque hæredibus conceſſa eſto.

Undecimo: Cum Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes Cellenſis Lineæ Capitulo Ratzeburgenſi pro ſorte 20000. florenorum annuas penſiones usque dum pependerint, Alternatione jam ceſſante, ceſſent quoque annuæ illæ penſiones abolito prorſus debito: Si verò Duces Megapolitani utriusque Lineæ deceſſerint, devolvatur Epiſcopatus Ratzeburgenſis ad Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes, Cellenſis & Calenbergenſis Lineæ, idque eodem jure, quo eundem Duces Megapolitani vi hujus Transactionis poſſederunt.

Duodecimo: Vice verſa iidem Duces prætenſis Poſtulationibus, Coadjutoriis in ſupra dictos Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſem & Bremenſem, itemque Epiſcopatus Halberſtadienſem & Ratzeburgenſem pleniſſimè renunciant: ita ut quæ circa hoſce Archi-Epiſcopatus & Epiſcopatus ſuperius in hoc Pacificationis Inſtrumento diſpoſita ſunt, citra ipſorum contradictionem effectum habere debeant; Capitulis utrobique in eo ſtatu permanentibus, quo ſuperius conventum eſt.

Hæc tamen omnia non aliter effectum habent, atque nomine Cæſareæ Majeſtatis conceſſa intelliguntur, quam ſi reliqua quoque obſtacula Pacis remota, omnesque hoſtilitates contra ejusdem Regna & ditiones hæreditarias, Statusque Imperii Suæ Majeſtati adhærentes ſublatæ fuerint, Paxque cum Corona Sueciæ ejusque adhærentibus concluſa ſit.

N. II.

Der Braunſchweig-Lüneburgiſchen Geſandten Gegen-Project in puncto Satisfactionis Domus Brunsvico-Luneburgenſis.

N. II. Der Braunſchweig-Lüneburgiſchen Geſandten Gegen-Project.

Cum Celſiſſima Domus Brunsvicenſis & Lunæburgenſis, ob Pacem publicam melius faciliusque ſtabiliendam, ceſſerint Coadjutoriis in Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſem & Bremenſem, itemque Epiſcopatus Halberſtadienſem & Ratzeburgenſem obtentis, ea conditione, ut Alternativa eisdem cum Catholicis in Epiſcopatum Oſnabrugenſem addiceretur Succeſſio, Cæſarea Majeſtas præſenti Sacri Romani Imperii ſtatui minimè expedire judicans, Pacem publicam præterea impediri diutius, conſentit ac permittit, ut ejusmodi alternativa Succeſſio in dicto Epiſcopatu Oſnabrugenſi deinceps inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Epiſcopos, ex Familia tamen Ducum Brunovicenſium & Lunæburgenſium, quamdiu eadem duraverit, poſtulandos, locum habere debeat modis & conditionibus ſequentibus.

Primo omnium: Reſtituatur dictus Epiſcopatus totus & integer cum omnibus ſuis appertinentiis, Secularibus & Eccleſiaſticis, moderno Domino Franciſco Guilhelmo ad dies vitæ pleno jure poſſidendus, prout uniformis &

1647. Majus. & perpetuæ Capitulationis Leges, communi Principis Franciſci Guilhelmi Domusque Brunsvigo-Lunæburgicæ & Capitularium Epiſcopatus Oſnabrugenſis conſenſu jam ineundæ ſancierint. 1648. Auguſt.

Secundo: Status Religionis ac cœtus Eccleſiaſtici, totiusque Cleri utriusque Religionis, tam in ipſa urbe Oſnabrugenſi, quam in reliquis ad hunc Epiſcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis, maneat & reducatur in eum, qui fuit die primo Januarii Ao. 1624. ſtatum. Quos verò poſtea temporis hucusque Dominus Guſtavus Comes à Waſenburg verbi Miniſtros alicubi inſtituit, & de divino cultu ordinavit, rata & perpetua ſunto. Caveatque Dominus Epiſcopus per literas Reverſales Statibus & Subditis ſuis, homagio ab ipſis recepto, Jura & Privilegia ſalva fore, & quæ præterea futuræ Epiſcopatus adminiſtrationi, ſtatuumque & ſubditorum ſecuritati utrinque neceſſaria videbuntur.

Tertio: De renunciatione jurium Ducis Guſtavi Comitis à Waſenburg alibi ſtatuatur, idque ejusdem ſit cum hac Transactione authoritatis & vigoris.

Quarto: Defuncto eodem Domino Epiſcopo ſuccedat in Epiſcopatu Oſnabrugenſi Dominus Erneſtus Auguſtus, Dux Brunovicenſis & Lunæburgenſis, atque adeò vi hujus Pacis publicæ ſit deſignatus ejusdem Coadjutor & Succeſſor, teneaturque Capitulum Cathedrale Oſnabrugenſe, ſtatim poſt deceſſum moderni Domini Epiſcopi, eundem Dominum Erneſtum Auguſtum Epiſcopum recipere, vel ſi ipſe tunc ſuperſtes non eſſet, alium ex Domini Georgii Ducis Brunovicenſis & Lunæburgenſis poſteris in Epiſcopum ſuum poſtulare, conditionibus tamen in recepta capitulatione uniformi initis perpetuò obſervandis. Eo autem demortuo aut ultro reſignante, teneatur dictum Capitulum vel Electione vel Poſtulatione Præſulem Catholicum ſibi præficere. Sin verò hac in parte vel Canonicorum negligentia vel diſcordia interceſſerint, locus ſit ordinationi Juris Canonici, ſalva tamen Capitulatione perpetua, ut & hac Transactione: & ſic perpetuo admittatur alternativa ſucceſſio inter Catholicos Epiſcopos ex gremio Capituli electos vel aliundè poſtulatos, atque Auguſtanæ Confeſſioni addictos, ſed non alios, quam ex Familia modo nominati Ducis Georgii deſcendentes, & quidem ſi plures ſint Principes è natu minoribus eligatur vel poſtuletur Epiſcopus, nullis verò exiſtentibus natu minoribus ſufficiatur unus ex Principibus regentibus: Illis autem deficientibus ſuccedat tandem Ducis Auguſti poſteritas, alternatione, uti dictum, inter ipſam & Catholicos perpetua.

Quinto: Teneantur non ſolum memoratus Dux Erneſtus Auguſtus, ſed etiam omnes & ſinguli ex Familia Ducum Brunsvicenſium & Lunæburgenſium Auguſtanæ Confeſſioni addictorum in hoc Epiſcopatu alternatim ſuccedentium, ſtatum Religionis cœtus Eccleſiaſtici, totiusque Cleri, tam in ipſa urbe Oſnabrugenſi, quam in reliquis ad hunc Epiſcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis conſervare ac tueri, prout ſuperius Artic. 2. diſpoſitum eſt.

Sexto: Ut ne etiam durante Adminiſtratione & Regimine Epiſcopi Auguſtanæ Confeſſioni addicti, circa cenſuram Eccleſiaſticorum Catholicorum ritu Romanæ Eccleſiæ, ut & cætera, quæ ſunt ordinis, ulla difficultas aut confuſio ſuboriatur, horum omnium diſpoſitio, quoties alternativa ſucceſſio in talem Auguſtanæ Confeſſioni addictum devenerit, Domino Archi-Epiſcopo Colonienſi velut Metropolitano reſervata eſto: cætera verò ſuperioritatis & Regiminis Jura in civilibus & criminalibus Auguſtanæ Confeſſionis

1647. Majus. nis Epiſcopo juxta Capitulationis Leges illibatæ permaneant. Quando autem Catholicus Epiſcopus in Epiſcopatu Oſnabrugenſi rerum potitur, nihil omninò in Auguſtanæ Confeſſionis ſacra arroget ſibi juris atque obtineat. 1647. Majus.

Septimo: Monaſterium Walkenried, cujus hoc tempore Adminiſtrator eſt Chriſtianus Ludovicus, Dux Brunovicenſis & Lunæburgenſis, perpetuo feudi jure permaneat penes eosdem Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes, eodem quo ſupra inter duas eorundem Familias ſuccedendi ordine, rejectis prætenſionibus Epiſcopatus Halberſtadienſis & Comitatus Honſteinenſis.

Octavo: Eisdem Ducibus reſtituatur Monaſterium Groningenſe, quod permutando, & prædium Schauen, quod emendo ante pauculos annos acquiſiverunt, & Epiſcopatui Halberſtadienſi tribuerunt, reſervatis etiam juribus, quæ dictis Ducibus in Caſtrum Weſterburg competunt, nec minus infeudatio Comiti à Tettenbach à Ducibus facta, eoque nomine initæ leges perindè ut jura crediti & pignoris Ducis Chriſtiani Ludovici Vicario, Friderico Schenkio à Winterſted in Weſterburg competentia, ſarta tecta maneant.

Nono: Integra quoque ſit Tranſactio, quam Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes de nonnullis Præfecturis & bonis cùm Epiſcopo Hildeſienſi Anno Domini 1643. pepigerunt, ſed ut omnis diſſidiorum vitetur occaſio, tollantur prætenſiones ſeu actiones, quascunque dictus Dominus Epiſcopus ſibi & Capitulo adverſus memoratos Duces, tam univerſos quam ſingulos, reſervavit.

Decimo: Cum etiam Comites in Schaumburg à Comitibus Wunſtorfienſibus, qui Vaſalli Ducum Brunovicenſium & Lunæburgenſium fuerunt, nonnulla bona eorundem conſenſu jure pignoris acceperint, & Præfecturæ Schaumburgenſi incorporarint, poſtea vero Anno Domini 1573. die 10. Aprilis Ericus Dux Brunovicenſis & Lunæburgenſis ac Otto Comes a Schaumburg, inter ſe pepigerint, ut ea bona apud Comites Schaumburgenſes perpetuò permaneant, iis autem decedentibus ad Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes revertantur; isque caſus non ita pridem, Ottone ultimo Comitum Schaumburgenſi fatis functo, evenerit: illa bona omnia & ſingula, prout in Tranſactione prætacta nominata ac deſcripta leguntur, tum ut illa Tranſactio effectum ſortiatur, tum ut inſuper Ducibus rite ſatisfiat, iis citra contradictionem reſtituantur.

Undecimo: Quod ad debitum à Friderico Ulrico Duce Brunovicenſi cum Rege Daniæ contractum, & per hunc in Pacificatione Lubeccenſi Sacræ Cæſareæ Majeſtati ceſſum, poſteaque Cæſareæ Militiæ Præfecto Comiti Tillio donatum, attinet; cum moderni Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes ſe ad hoc debitum perſolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Coronæ Sueciæ inſtanter actum ſit, amore Pacis remiſſio & expunctio totius iſtius debiti & obligationis dictis Ducibus eorumque hæredibus conceſſa eſto.

Duodecimo: Cum Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes Cellenſis Lineæ Capitulo Ratzeburgenſi pro ſorte 20000. florenorum annuas penſiones usque dum penderint, alternatione jam ceſſante ceſſent quoque annuæ illæ penſiones, abolito prorſus debito: Si verò Duces Megapolitani utriusque Lineæ deceſſerint, devolvatur Epiſcopatus Ratzeburgenſis ad Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes Cellenſis & Calenbergenſis Lineæ, idque co-

1647. Majus. 1647. Majus.

eodem jure, quo eundem Duces Megapolitani vi hujus Transactionis poſſederunt.

Decimo tertio: Ducis etiam Auguſti duobus filiis natu minoribus Antonio Ulrico & Ferdinando Alberto conferantur duæ Præbendæ in Epiſcopatu Strasburgenſi primò vacaturæ.

Decimo quarto: Si Duces Megapolitani inter cætera Epiſcopatum Ratzeburgenſem acceperint, tum adſcitis Capitularibus cum Ducibus Brunovicenſibus & Lunæburgenſibus Cellenſis & Calenbergenſis Lineæ conſtituant, ne ſuperſtites Capitulares ſivè univerſi ſive ſinguli in juribus ſuis usque dum uſitatis impediantur: donec omnibus defunctis Epiſcopatus pleno jure ad Duces Megapolitanos vi hujus Transactionis deciderit. Sin verò Duces Megapolitani propoſitis à Cæſare & Suecorum Regina conditionibus eum Epiſcopatum accipere recuſent, tum ille in priſtino ſtatu, vigore Transactionum deſuper initarum, undequaque relinquatur.

Decimo quinto: Omnia denique ſuperiora effectum habeant, ſimulatque de pace publica transactum fuerit.

Decimo ſexto: Vice verſa iidem Duces prætenſis Poſtulationibus & Coadjutoriis in ſupradictos Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſem & Bremenſem, itemque Epiſcopatus Halberſtadienſem & Ratzeburgenſem pleniſſimè renunciant; ita, ut quæ circa hoſce Archi-Epiſcopatus & Epiſcopatus ſuperius in hoc Pacificationis Inſtrumento diſpoſita ſunt, citra ipſorum contradictionem effectum habere debeant. Capitulis utrobique in eo ſtatu permanentibus, quo ſuperius conventum eſt.

§. XV.

Chur-Brandenburg proteſtiret wegen Walckenried, Gröningen, Schauen- und Weſterburg, aber ohne Effect.

Hierbey aber meldete ſich Chur-Brandenburg quaſi interveniendo, und proteſtirte deſſen Geſandter von Löben, bey denen Kayſerlichen wegen Walckenried, Gröningen, Schauen und Weſterburg, auf das hefftigſte: Welches aber, nachdeme die wahre Bewandniß von denen Luneburgicis vorſtellig gemacht worden, nicht attendirt wurde.

Schweden ſind Luneburgicis, wegen der Schauenburgiſchen Stück noch immer zuwieder.

Den 19. Maji war dann eine abermahſige Conferenz zwiſchen denen Kayſerlichen und Schwediſchen in dieſer Sache, und, gleichwie jene die Caſſation der Hildesheimiſchen Reſervaten nicht paſſiren laſſen wollten; alſo difficultirten die Schweden die Inſertion derer Schaumburgiſchen Stücke: worüber ſich die Schweden des folgenden Tags durch den Legations-Secretarium Biörenklau, bey denen Lüneburgiſchen Geſandten aufs beſte entſchuldigen lieſſen, welche es aber bloß ad referendum annahmen, und eventualiter bedingeten, daß ihnen zum wenigſten, biß zu einlangenden Special-Befehl, in der ſub incude verſirenden Heßiſchen Satisfaction, ratione Schauenburg nicht præjudicirt werden möchte, zu welchen Behuff ſie noch ſelbigen Tags, denen Kayſerlichen und Schwediſchen Geſandten, folgendes Notamen ad Satisfactationem Haſſiacam, zuſtelleten:

Lüneburgiſches Notamen wegen ſolcher Stücke.

Articulo de Satisfactione Haſſiaca §. *Secundo*, *Jus Directi Dominii &c.* inſeratur poſt verba: *Epiſcopatus contradictionem*: Exceptis tamen iis, quæ in Præfectura Schauenburgenſi Duces Brunſvicenſes & Luneburgenſes ſibi aſſerunt &c.

Heſſen-Caſſeliſches Gegen-Notamen.

Die Heſſen-Caſſeliſchen aber verfaſſeten darauf dieſen Gegen-Begriff, welchen Graff Oxenſtiern denen Luneburgicis zuſchickte:

In